


int et mueta

lilio

A

iii

E. 16. 192 podaje tylko wydanie
z 1534 r.



Opusculum Adusi

ces nouiter cōgestum per Honorandum Seba/
stianum Felstineñ. Artiū Baccalariū pro in/
stitutione adolescentum iu cantu sim/
plici, seu Gregoriano.

¶ Addita est Musica Figuratiua Martino Cro/
mero Beczensi Autore.

AD Lectorem Hexastichon.

Musica si fuerit, tibi candide lector.

Quæ mentes hominum flectere sola potest.

Qua tigres lenisse ferunt, rapidosq; leones

Orphea cui mater Calliopea fuit.

Qua mouisse aiunt duros Amphiona cautes

Hunc ne peniteat te relegisse librum.



168279

IN MUSICES COMMENDATIONEM.
PRAEFATIO.

MUSICA nempe inter alias artes, dicte Boetio in primo musice, non modo speculationi, verum etiam mortalitati coniuncta est. Nihil enim tam proprium humanitatis est, quam remitti dulcibus modis, astringi quoque contrariis, idque in singulis, vel studiis, vel etatibus luce clarius conspicitur. Infantes equidem iuuenes, ac senes, ita inhiante affectu quodam spontaneo modis musicis delectantur, ut omnino nulla sit etas, quae non dulcis harmoniae sono afficitur gaudio, & a tristi consurgat cogitatu. Quam ob causam (cum similitudo, amica dissimilitudo vero cunctis sit odiosa) Plato namque materiam nostram musicis proportionibus copactam affirmabat. Musica enim curas abigit, in somnes infantes compefcit, vagientes dulci cantilenam, nautas quoque ac remiges, insuper & pene omnes artifices manu operantes, vocis modulatione labores facilius posse tollerare, experientia docuit, fessos reparat artus, ac perturbatos, haec etiam non modo homines, inquit Isidorus, sed & bestias, serpentes, volucres, atque delphines ad auditum suae modulationis prouocat. Qua vna vel maxime Amphion Dirceus lapides ac saxa in Thebarum muros congregauit, Orpheus Tracicus Euridicen coniugem ab inferis reuocauit, Timotheus vir Phrygius, Alexandrum magni totius orbis domitorem, ab epulis ad arma capessendam instaurauit, & mox mutato modulationis instrumento, eundem ab armis ad conuiuium reuocauit. Nam & Socrates & Plato, Pythagoricique omnes, iuuenes & iuuenulas in musicis eruditi, non ad lasciuiae incitamenta, quibus ars ipsa vilescit, sed ad motus animi sub regula rationis neque moderandos communi lege sanxerunt. Heroum mentes ad fortia facta accendit, cohibet vitia, virtutes & gignit & ornat genitas. Hinc Agamenon Imperator, ad bellum Troyanum iturus auctore Philopho Musicum domi reliquit, Clitemnestram coniugem per mulierum virtutum laudes ad pudicitiam probita tunc coniugalem cantu hortaretur. Quare non prius illam ab Aegistho uiciatam ferunt quam is e medio musicum qui adulterium impediabat impie sustulisset. Regius quoque psaltes Dauid Saulis Israelis regem, cum a spiritu vexaretur immundoliberauit. Haec etiam est, qua non solum summus ille rerum opifex deus, verum & stigmii Iouis, furiales anime placantur, mitigant, refocillantur. Ipsa enim est ceterarum disciplinarum domina, quae & stygia arua, Neptunna regna, Iouis quoque etheri, loca aeterna luce aeterna, permulcere potest. Quae & sola relictis terris, volat ante thronum summum iudicis, ubi sonant iugiter sanctorum angeli & archangelii, hymnum deo infatigabiliter decantant, ubi cherubim & seraphim, sanctus incessabili voce proclamant. Adde quod nulla disciplina sine musica possit esse perfecta. Quare & Pythagoras discipulis, ut in melodis & obdormirent, & a somno

XVI. Qu. 3122

resurgerent precepit. Mores praeterea hominum musica & regit & componit. Nam & Nero quoad musicam coluit, Seneca teste, mirissimus exstitit, sed ubi relicta musica, ad Necromantiae diabolicas artes animam vertit, tum primum seuire coepit, ex agno lupus factus, atque mausuetissimo principe in seuisissima bestia est transformatus. Sed ne longior solito digressio fiat in re quae satis laudari vix potest, vel quam potius seipsam ornatur quam ut alicuius laudatione indigerit, finiemus proloquium.

DE INVENTORIBVS MUSICES.

TVM ob vetustissimam antiquitatem humanae inuentionis auctor incertior sit celeberrimae Musice. Tum quod tantae rei dignitas tot tantisque sui in amore trahat, ut singuli (si fieri possit) auctores se velint. Quare & alij Linum Thebeum, alij Orpheum Thracem, alij Amphionem Dirceum, alij Pythagoram Samium arte hanc reperisse arbitrantur. Insuper Eusebius Dionysius, Diodorus Mercurius, &c. Caelius lectione antiquitatum lib. 5. Si tamen Iosepho ac sacris literis fides vlla praestanda est. Tubal filius Lamech eius inuentor praecipuus, & antiquitate primus, ante diluuium duabus tabulis latericia scilicet & marmorea posteris eam reliquit inscriptam. Quartum alteram marmoream scilicet & usque hodie in Siria esse quidam prodiderunt. Sed ne ex inuentorum pluralitate error consurgat. Constat Tubal ante diluuium Moysen, apud hebraeos Orpheum Amphionem, & ceteros tales apud gentes Pythagoram apud graecos, Boetium vero apud latinos, musicam primum claruisse. Hunc igitur imitaturi sunt complures, ut Gregorius sanctus, Isidorus, Ioannes de Muris, etiam nostra aetate viri celeberrimi, quorum & nos sequaces fore haud dedignabimur. Deceimus ergo in tractatulo praesenti, omnibus inutilitatibus reiectis, ea quae ad musice choralis negotium pertinent breuiter, ordinate, & distincte, quinque partibus siue capitulis absolueret. Primum igitur capitulum erit de diffinitione musice & eius diuisione, de vocibus & clauibus musicalibus & scala manus musice. Secundum caput erit de vera solmisatione vniuscuiusque cantus, & clauium transpositione. Tertium de modis musicalibus. Quartum de cognitione tonorum & differentiarum ipsorum, necnon de transpositione eorundem & scala ficta. Quintum & vltimum de introitibus & responsorijs cui tono adiudicari debeant.


Capitulum Primum de Musices notificatione & eius partitione.

Quoniam omnis (ut Cicero refert) quae a ratione suscipitur de aliquo institutio, a diffinitione proficisci debet, ut intelligatur quid sit de quo disputetur. Vnde Musica est scientia canendi modum indicans. Vnde peritia modulationis in sono cantuque consistens. Quam musicam tripartitam esse Boetius, cui in latios musice scriptores primi honores debentur li. 1. ca. 2. ostendit, Mundanam scilicet, Instrumentalem, ac Humanam.

A ij Mundana

Mundanā est harmonia syderū motu, atq; spheratū impulsu causata; hanc ex cœlorū concentu elementorū nexu, atq; temporū varietate deprēhensam esse Ludouicus Celius Rodigerius lectionū antiquarū li. 5. c. 25. scribit, & de hac philosophi q̄ circa rerū naturas versantē detēminant. Alia est instrumētalis, quę in diuersis instrumētis, vt organo, tybijs, liris, tympanis, & similibus modulationē format. Alia est humana, quę in corpe & anima est situata, eo q̄ melodia durante, fit homo recens & superstes, & quemadmodū modulationū coaptatiōe delectatur plurimū, parimodo se contrahit si qd harmonię fuerit deprauatū. Vel humana est quę vocē humanā requirit & cantare docet, & ex duplex scilicet, vsualis & regulata. Vsualis quę ex sola inclinatione quadā naturali procedit, carēs artis legibus & principiis qbus regi deberet. Regulata quę p̄ceptis innitendo, ex certis legibus & regulis cantum p̄ducere docet, & talis est duplex scilicet speculatiua & practica. Speculatiua est quę in solis numerorū speciebus consistit, vt est Musica Magistri Ioannis de Muris in qua proportionēs musicales per malliorum pondera a Pythagore reperte describuntur. Practica siue actiua vt diuus Augusti. li. 1. Musice suę refert, est bene modulādi sciētia. Vel est ars liberalis ueraciter canendi principia administrans, & de tali hic tractabitur, & est duplex scilicet Simplex & Mensuralis. Simplex seu plana est quę in suis notis equalem seruat mensuram, absq; incremento & decremento prolatiōis. Vel simplex Musica quę omnes notas simpliciter considerat scilicet vna & eadem mēsurā, vt est cātus Gregorianus. Mensuralis siue figuralis est cuius figurę ineq̄les sunt, augmentū & decrementū sustinentes, secundū variorū signorū iudicia. Vel Mensuralis est quę aliam notam longā ♩, aliam breuē ◊ aut semibreuē ◊ considerat. Ad simplicē vero siue planam musicam primo requiritur vox, secundo vocū distantia vt est ascēsus de vna voce in tertiā quartam quintā, &c. Quia consonantia quę omnem musicę regit modulationem sine voce non fit, nec vox sine sono, inquit Boeti. li. 1. c. 3. Notandum est ergo q̄ solius animantis sonus vox proprie dicitur. Inanimata enim vocalia non sunt, scribit Celius li. 10. c. 53. q̄ si fistulas aut fidiculas dicamus vocales translaticiū est atq; nominis abusus, neq; animantibus vox est omnibus, sanguine enim carentia non vociferāt, neq; pisces vocem emittunt, quia vox est aeris motus hii autem aerem non recipiūt. Est igitur vox sonus ab ore animalis perfecti consilio, vel significatiōe prolatus. Consilio dico propter tussim quę vox non est. Significatiōe vero propter dentium stridorem. Vox igitur Musicalis est quędam syllaba notarum tenores exprimens. Nota vero est figura qua cantus intensio vel remissio designatur. Quum autem omnis modulatio vocibus perficiatur, & voces scribi non possunt, sed memorię commendantur, vt ergo facilius mādentur memorię Guido monachus Aretinus diuina inspiratiōe ductus, Hymnū diui Ioānis Baptistę

deuote examinans, sex capitales syllabas scilicet, vt, re, mi, fa, sol, la, musicis consonantijs cōuenire p̄pendit. Quare eas introductorij choridis applicuit. Harum vocum quędā acumini & asperitudini melodię accommodate, durę dicunt, quę sunt, mi & la, quia ceteris duriorē edūcti sonū. Alię mollicule & blādiōres in sono molles dicūt, hę sunt vt & fa. Reliq; inter has mediū & tempatoriē sonum efferentes. Naturales appellantur, quę sunt, re, & sol, vt patet in hac figura.



Ex qua vocū distinctione triplex cātus elicitur scilicet h duralis, naturalis, b mollis.


☐ Cantus igitur sunt tres in gñe, & septē in spē, vt patet in hac scala.

☐ h duralis est qui durum & asperū facit sonū ratione literę & soni.

Naturalis v̄o q̄ se habet neutro mō, hoc ē nec nimis dure nec mollitē sonās

☐ b mollis est qui mollē ac lenem facit sonū, ratione literę & soni.

☐ SCALA MUSICALIS CANTVM DISTINGVENS.



la Tercio ad simplicē musicā requiritur clavis. Est autē clavis, cantus referatio, quę cuiusq; naturā cātus aperit & manifestat instar realis clavis se habēs, qua perinde ac ad abditorū reclusionem puenit. Sic illa occulta & incognita scalę musicę nobis referant puta cātus tonus & voces. Quę clauus in scala musicali nūero reperitū viginti duę & hę triplici cōprehendunt ordine, quorū primus capitaliū est, secundus minutarū, tertius geminarū, & dñt inter se iste clauus positiōe, figuratiōe, appellatiōe q̄ vna aliter ponit, figurat, appellat q̄ alia. Capitaliū sunt octo. Γ A h C DEF G. Minute ab c d e f g b fa h Minute em̄ nō vna clavis est sed duę itidē & bb fa h h mi Geminatatum v̄o sunt sex scz aa bb h h cc dd ee. Harz aut oim seriē decē licis ac spatis toridē subscripta declarat figura.

TYPVS siue Musice clauium syntagma & differentias continens.

De Clauibus,

Clauium quaedam dicuntur.	Minute.	Geminate.	ee	la	De numero clauium in scala musica positarum. Quaedam dicuntur signate, & sunt quinque que in libris cantualibus signantur, scilicet G vt F fa vt, c sol fa vt, g sol vt, & dd la sol, & quelibet illarum distat ab alia per quintam, preter G vt & ff fa vt, quibus septima interiacet. Est autem clauis signata, que expresse in cantu exordio ponitur atque signatur, vt patet in hac figura subscripta.	
		Excellentes.	dd	la sol		
			cc	sol fa		
			bb	fa mi		
			aa	la mi re		
		Acute.		g		sol re vt
				f		fa vt
				e		la mi
				d		la sol re
		Affinales.		c		sol fa vt
				b		fa mi
		Finales.		a		la mi re
				G		sol re vt
				F		fa vt
				E		la mi
		Capitales.		D		sol re
	C		fa vt			
	B		mi			
	A	re				
	Graues	F	vt			

Signa Clauium in cantu plano. De Signa eaturundem in mensurali cantu;

ee	Rarius dd la sol	dd	Reliqua vero ab his omnes in manu Musica posite dicuntur non signate cum in libris non signentur, sed implicite virtualiter per signatas ascendendo & descendendo pariter sunt & considerantur, et licet quandoque in cantu signatur reperitur b rotundum vel h qua drum, hoc tamen raro accidit, et si contingit tunc tale b molle, vel h quadrum signatur in b fa h mi, & in bb fa h mi & in alijs clauibus secundum exigentiam cantus.
dd			
cc			
bb			
aa	Raro g sol re vt	g	
g			
f			
e			
d			
c	Communiter c sol fa vt	H H H	
b			
a			
G	Communissime ff fa vt	H H	
F			
E			
D			
C			
B			
A			
F	Rarissime F vt		

Capitulum secundum de vera Solmifatione.

Vnde Solmifatio est cuiuslibet cantus per voces musicales iuxta exigentiam mi & fa regulata modulario. Vel solmifatio est debita cantus per sex voces musicas expressio. Cantus vero ut hic accidentaliter dicitur quelibet regulata notaru siue melodie expressio. Quicquid enim debita arte est contextu ita ut cantari possit, id hic cantus vocatur, vt sunt Responsoria, Missarum introitus, Antiphone, Sequentie, Gradualia, Offertoria, & his similia, Et talis.

Solmifatio est duplex. Regularis in cuius solmifationis cantu sumuntur voces in clauibus musicalibus posite & nullę exte hoc est in q nulla ponit coniuncta, & est duplex. Irregularis seu ficta, est in cuius solmifatione cantus decantatur voces in clauibus que in illis non ponunt. Vel est que ex conuictis componitur, vt quoniam in c fa vt, sol in h mi, fa in G greco cantu de qua inferius patebit in scala ficta seu conuictarum.

dd	la	la	Scala h duralis siue ascensus communis omnium tonorum preter quintum & sextum & primum cum secundo ad g sol re vt transpositus.
	sol	sol	
	fa	fa	
	mi	mi	
	re	re	
	la	la	
	sol	sol	
	fa	fa	
	mi	mi	
	re	re	
	la	la	
	sol	sol	
	fa	fa	
	mi	mi	
	re	re	
	vt	vt	

dd		la	la
		sol	sol
	b	fa	fa
		mi	mi
		re	re
g		sol	sol
		fa	fa
		mi	mi
		re	re
c		la	la
		sol	sol
	b	fa	fa
		mi	mi
		re	re
3		sol	sol
		fa	fa
		mi	mi
		re	re
	la	la	la
		sol	sol
		fa	fa
	b	mi	mi
		re	re
f		vt	vt

Scala b mollis siue ascensus quinti & sexti tonorum cantus, & transpositorum primi cum secundi tonorum.

De Solmisatione regulæ.

Prima regula. Solmifans ante omnia consideret catum in qua clauis incipit, & si cantus ascendit, accipiat vocem inferiorē in clauis contentā. Si vero descendit cantus, accipiat vocem superiorē. Postea videat alias clauis nō signatas in lineis vel spacijs post clauem signatā in tali cantu, & exprimat voces ordine put in clauibus sunt posite, ita q̄ nō exprimat aliquā vocē in spacio vel linea, q̄ nō inuenit in clauis aliqua.

Secunda regula. Volens ornate solmifare & p̄fecte aliquē cantū, non debet voce explicita, sed implicita mutare. Si cantus ascendit nimium, ita q̄ nō posset cōpleri per sex voces, tunc si ascendit, inferiorē voce assumat obmissa superiore. Si vero descendit superiorē vocem capiat inferiorē subtrahendo.

Tertia regula. Quādo cantus transponit ad sol re primi aut secūdi ad g sol re vt, et si catus ascēdit tūc in g sol re vt assumi debet in solmifando media vox scilicet re & nō vt, propter fa quod signare sub b fa h i & ibi canit, & sol in c sol fa vt decantari debet, & la in d la sol re.

Quarta regula. Si in aliqua clauis canit fa, tunc si ab ea fit saltus p̄ quartā vel quintā aut octauam indirectam, tunc in tali ascensu vel descensu cantus fa exprimat, & si mi exprimitur seu decantat in aliq̄ clauis, & fit saltus ad quintā vel quartā aut octauā, tūc debet in tali cantu decantari etiā mi, vel la secūdu q̄ post saltū ascendit vel descenditur.

De transpositione Clauium in aliquo cantu.

VNDE & transpositio est clauis signatę ob catus ascēsum vel descēsum de linea ad lineā translatio sursum vel deorsum facta. De q̄ hanc obserua regulam primā. Quantū clauis transposita ascēdit tantū nota sequens a suo situ descendit, & quantū clauis trāspōsita descēdit, tantū nota sequens ascendit. Alia regula. Volens distantia notarum iudicare, videat quantū distet vltima notā primę clauis signatę, & quantū prima nota sequentis clauis ab vltima prioris clauis distet ille per talē considerationem inueniet cuiuslibet notę saltum.

Capitulum Tertium de Interuallis, siue

Modis Musicalibus.

MODVS Musicus est saltus vel distantia vnus vocis ad aliam secundū ascensum vel descensum. Vel modus est certa melodia & debita vocum distantia, & dicitur modus a modificatione siue mensura, quoniam omnis ascensus vel descensus debita mensura cōtinetur. Sūt autē nouem modi principales & vsitati, quāuis sint plures minus vsitati scilicet Unisonus, Semitonium, Tonus, Semitonus, Ditonus, Diatesseron, Diapente, Semitonium cū diapente, Tonus cū diapente, Diapason minus vsitati Semiditonus cum diapente Ditonus cū diapente.

Unisonus proprie loquēdo non est modus, quia nihil mensurat vel modificat. Est tamē Unisonus principium modorum, quēadmodū vnitas pluralitatis numeri est principium, ita equalitas p̄portionū dicere Boetio.


Semitonium est saltus de voce in vocē p̄ secundā molliter sonans, & fit solū inter mi & fa voces, vel la & fa, & eōuerso per secundā, p̄ vocem b mollem & h durale. Tonus est vocis a voce per secundā virilē rem distantia potēter sonās, dicitur a tonādo. Tonare em̄ est potēter sonare, & fit tonus inter omnes voces p̄ter mi & fa. Semiditonus constituitur ex tono & semitonio, vt est ascensus de re ad fa, vel de mi ad sol & eōuerso. Ditonus est ascensus vel descensus per tertiam maiore sicut est de vt ad mi, vel de fa ad la. Diatesseron, causatur ex duobus tonis & vno semitonio, vt est saltus de vt ad fa, de re ad sol, de mi ad la. Et dicitur primus modus perfectus, quia semper in se vnā & eandem mensurā tenet. Diapente, constituitur ex tribus tonis & vno semitonio, vt est ascensus de vt ad sol, de re ad la, de mi ad mi, de fa ad fa, & est alter modus perfectus nō varians in se mensurā. Semitonium cum diapente, causatur ex tribus tonis, & duobus semitonis, & non ex quatuor tonis, quia duo semitonía nō complent tonū.

Ex quo duo semitonía minora sunt, vt est ascēsus de re quod est in are ad fa in ff fa vt per sextā minore. Tonus autē non diuidit per duo equalia semitonía, sed maius & minus, sicut enim nouē diuiditur in quatuor & quinque, vnde sicut bis quatuor nō faciūt nouē, sic duo semitonía minora nō cōplent tonū. Tonus cū diapente, constituitur ex quatuor tonis & vno semitonio, vt est ascēsus de vt ad la p̄ sextam. Diapason constituitur ex quinque tonis & duobus semitonis, vt est ascēsus de vt ad fa, vel

B de read

Modi perfecti.

Modi imperfecti.




de re ad sol, vel de mi ad la per octauā, quia omnis octaua dyapason dicitur. Et nota quod nunquam pro quarta vel quinta nec octaua accipiendum est post mi fa vel eorū uerso, quia sic esset falsus saltus et descensus & variaret mensuratio. Modus sunt duplices quidam perfecti & sunt qui eandem mensuram quam retinet mutare non possunt, sic est diatesseron, diapente & diapason in quarta quinta & octaua. Quisdam imperfecti sunt, quoniam plus iam minus de proportione sibi assumunt sicut secunda tertia sexta. Nam alia est secunda minor, quam semitonium dicit, & alia secunda maior quam tonus dicit, alia est tertia minor quam dicitur semiditonus, alia maior quam diatonus dicit. Alia sexta minor quam semitonium cum diapente dicitur, ut patet in hac figura.

Pythagoras philosophus numerorum princeps proportionum magister, qui toto suo numeris incubendo, sine

gula serie nitentur. Nolens quidem aurium iudicio fidere, nec de consonantijs constantiam adhibere. Tum quia non omnis auris propter completiones naturalis etatis, mutabilitatisque dispositionis varietate bene iudicat de preceptis, seu auditis. Tum quia & si auris bene temperata ad ea que circa sonum & sonorum concordantias contingunt cum sibi

proprium non fallatur, etiam de proportione sonorum discernere, nihil est suum, imo potius rationis opus. Idem phis diu anxius manens quomodo arte ratione & recte inueniret, vice quadam passim deambulans, hanc quoque cognitionem mentalem circūuoluens quodam nutu diuino fabricarum officinas ingressus malleos super incudem ferream mirabilem harmoniam emittentes, stupensque arreptis auribus modorum mulcedine auduit, & tanquam feruens rei veritatis inquisitor, ne in lacertis & hominum viribus lateret hec concinentia, iussit inter se permutatim malleos permutari singulos, quibus vicissim alteratis, redijt eadem simphonia ut prius. Ex quo animaduertit, non lacertis uinatum tantam fore concordiam, tam numeri quam mensuram quam ponderis ratione. Numerus igitur malleorum erat quinque, sed quoniam dissonans est eiectus, grande licet dederit occasionem per sui dissonantiam, de consonantijs iudicandum. Nam positus iuxta se contrarijs, peiora pre alijs aut meliora esse videtur. Consideratis itaque ponderibus malleorum, ita ut primus continebat duodecim uncias, secundus nouem, tertius octo, quartus sex, & experientia patebit. Malleum quartum ad malleum primum diapason sonare, quia ad eum duplex est, & rursus malleus primus ad malleum secundum. Similiter malleus tertius ad malleum quartum diatesseron resonabit, quia utrinque est proportio sesquialtera. Malleus uero secundus ad quartum, & item malleus primus ad malleum tertium diapente tonabit, quia utrinque proportio sesquialtera. Malleus uero secundus ad malleum tertium tonum in sesquialtera resonabit proportione, hic tamen consonantia non est sed consonantiarum pars ut patet in hac figura.



Quia tres consonantie musicales primum a Pythagora, ut dictum est sunt reperte, quoniam in proportionibus fundatur. Unde opere preceptum est de talibus ad propositum seruentibus aliquid determinare. Prima igitur consonantia diapason constituta est in dupla proportione. Est autem dupla proportio ubi maior numerus continet minorem in se bis, & dicitur prima perfectio diapason, quia eius diuisio est & fundatur sub uno bis reperto. Exemplum,

C finale. D finale. C graue. F grecum. Malleus 4. malleus 3. malleus 2. malleus 1. 6. ponderum. 8. ponderum. 9. ponderum. 12. ponderum.

duo & pan quod est totum, eo quod numerus maior continet minorem in se bis, & dicitur prima perfectio diapason, quia eius diuisio est & fundatur sub uno bis reperto. Exemplum, B ij

16	12	8	6	4	2
8	6	4	3	2	1

¶ Secunda' conso nantia est Dia-
pente & cōstituitur ex sesquialtera
proportione. Est autem sesquialtera
proportio, vbi numerus maior cō-
tinet minorē in se totū, & vltra hoc alteram, id est mediā partē numeri
minoris, & dicit̄ sesquialtera a sesq id est totū & alfa id est media pars, q̄a
maior nūerus cōtinet in se miorē, & cū hoc mediā partē mioris, vt hic

18	15	12	9	6	3
6	5	4	3	2	1
12	10	8	6	4	2


¶ Tertia consonantia est diatesseron
& constituitur in proportione sesq
tertia. Est autē sesquitertia, vbi mas-
ior numerus continet minorē totū
& eius tertiā partē scilicet minoris, & dicit̄ a sesqui id est totū & tertia
id est tertia pars propter eandem causam, & hęc consonantia puta di-
atesseron, dicitur tertia perfectio, quia eius diuisio fundatur super nu-
mero ternario id est tertia parte, vt in exemplo.

20	16	12	8	4
5	4	3	2	1
15	12	9	6	3

¶ Tonus quāuis consonantia non
sit sicut dictum est. Quia ramen est
pars consonantiarū constitutus est
in proportioe sesquioctaua. Est au-
tem sesquioctaua pportio, vbi maior nūerus continet in se minorem
totū & eius octauā partē. Quando em̄ subtraho. 8. a. 9. manet vnitas,
modo vnū est octaua pars de octo, & dicit̄ a sesqui id est totum & octa-
ua id est octaua pars propter eandem causam, vt patet in exemplo.

18	9
2	1
16	8

Sesquioctaua. Directorium modorum Musi-
calium in notis.
Exemplm primæ Regulæ.




Exemplum secundę Regulę.




Exemplum tertię Regulę.

Vbi in b fa h mi fa canit̄ qñ ad g sol re vt trāsponit̄, vt patet in regula.




Exemplum quartę regulę.



De transpositione.



Directorium modorum Musicalium.



Et trini sunt modi quibus omnis cantilena con-






textitur, scilicet. Unisonis Semitonium, Tonus. Ses



miditonus ditonus diatesseron di a pen te



Semitonium cum diapende, Tonus cum diapente adhuc




modus diapa son. Si quem delectat eius hunc modum esse




cognoscat cumq; tam paucis modulis rota harmonia




formetur utilissimum est eam alte memorie commenda



se nec ab huius modi studio requiescere donec vocum



interuallis cognitis harmonie totius facillime queat



comprehendere notitiam.

Capitulum Quartum de cognitione Tonorum.

QVVM INNA tus sit nobis a generalibus a d specialia magis pro
 ceptus, ille philosophorū omniū princeps, ac naturalis intelligentiæ lu
 mē Aristoteles primo de Phisico auditu declarat. Cōgruo igit ordie
 post modorū explanatiōē, ad declaratiōē Tonorum trāseamus. Vñ
 de Tonis ut hic accipit, est certa regula secundū quā ducimur in alicu
 ius cantus regularis cognitionem. Nequit ergo cāsus expedite canta
 ri nisi ante cognoscit tonus eius, cū ipse sit directio melodie, quare cō
 ueniēti ordine visum est prius de solmisatione, & interuallis modorū.
 Iam de Tonis pertrāctare proposui. Vnde grecorū quatuor tantū ro
 nos obseruata autoritas, Prothū scilicet, deutherū, Tritū et Tetrardū
 Latini vero octo assumere, singulos in duos diuidētes puta, Autentū
 & plagalē, ut Prothū in primū & secundū, deuterū seu deurtū in ter
 tiū & quattū. &c. Apud latinos itaq; enumerant octo toni, quorū
 quatuor a numero impari denominati Autenti siue autēti vocātur
 quasi heriles, qui scilicet autoritatē habent altius ascēderi, puta a sua
 finali octaua, ex regula, & nonam vel decimā ex licētia, sub notā vero
 finalē ex regula descendēdi, vñ & raro teritiā habent facultatē, & tales
 sunt quatuor, Primus, Tertius, Quintus, & septimus. Quatuor vero re
 liqui a nūero pari nomina sortiunt. Placales quasi terrestres & humis
 les vocātur, qui a nota finali ex regula quintā autoritatē habēt ascē
 dere, & sextā ex licētia sub notā finalem, quartā fas illis est descendere,
 hī sunt Secundus, quartus, sextus & octauus. Vnde impar vult sursum,
 sed par descendit deorsum. Impar ad octauam scēdit subitus nisi solam.
 Par subitus quartam quintam sursum gradfendo.

De finalibus tonorum.

FINALES Sunt literę cantum terminatiue, in his enim cantus regu
 laris, & non transpositus terminari debet, & sunt numero quatuor.

D sol re	primi	secundi	
E la mi	tertij	quarti	tonorum
ff fa ve	quinti &	sexti	regulariū
G sol re vt	septimi	octauū	


De ambitibus Tonorum.

Vnde ambitus nihil aliud est quā circuitus seu spacium tonis pro ascēsu ac descensu Musicorum autoritate cōcessum. Cōceditur autē cuiq; tonorum nō plus quam decem notę seu voces, in quibus cursum suū habent vt in hac figura claret.

dd				
	1 2	3 4	5 6	7 8
g	1 0	1 0	1 0	1 0
	9	9	9	9
	8	8	8	8
c	7 7	7 7	7 7	7 7
	6 6	6 6	6 6	6 6
	5 5	5 5	5 5	5 5
3	4 4	4 4	4 4	4 4
	3 3	3 3	3 3	3 3
	2 2	2 2	2 2	2 2
	1 1	1 1	1 1	1 1
	2 2	2 2	2 2	2 2
f	3 3	3 3	3 3	3 3
	4 4	4 4	4 4	4 4
	5 5	5 5	5 5	5 5
	Prothus.	Deuterus.	Tritus.	Tetardus.

Cognoscūtur etiā toni per repercussiones. Nam toni Aurenti qui magis ascendunt habent repercussiones suas per saltus maiores scilicet per quintā sextā & octauā. Plagales vero habent repercussiones per saltus minores scilicet tertā quartā quia illi nō multū ascendūt. Repercussio ergo primi toni est de re ad la per quintā. Secundi vero de re ad fa per tertā. Tertij toni repercussio est de mi ad mi per quintā, vel de mi ad fa per sextā. Quarti de mi ad la per quartā. Quinti de vt ad sol per quintā. Sexti de fa ad la per tertā. Septimi de vt ad sol per quintā, & differunt a quinto. Quia septimus ascendit de g sol re vt ad d la sol re, cuius octaua est sol. Quintus vero ascendit de ff fa vt ad c sol fa vt, & eius octaua est fa. Octauus de vt ad fa per quartam, vt patet hic.

Prothus.



Re la fit primi Re fa dat norma secundi.

Non est De


Deuterus.



Mi mi dat tertius.

Tritus.


Mi la poscit sibi quartus.



Vt sol quintus petit.

Tetardus.

Sextus fa la sibi querit.




Vt sol impar tetardus.

Vt fa postemus habebit.

De Tenoribus tonorum cum differentijs ac psalmodiarum applicatione.

Tenor toni est breuiuscula melodia que modulatur sub his dictionibus seculorum amen, que corrupte consonantibus obmissis hanc dictionē Euouae. In ecclesiasticis canticis fini subiuncta designant hic. Tenor autē tenendo nomen sibi vendicat, tenere em debet totā cantus melodiā cui adiudicatur, & ne is ex suo tono in alium euagei. Tot autē sunt tenores quot sunt toni, quorū pleriq; multas habent differentias, q̄ nō necessitatis causa, sed ornatus gratia ob faciliorem & suauiore cantuorum inceptationem pro principali tenore toni sepe ponuntur, in hac figura patent tenores cum suis sedibus finalibus.

Tenores tonorum.



Sedes finales 1 3 5 7
2 4 6 8
Sequuntur Finalia tonorum.



C

Primus. Secundus.
Tertius. Quartus.
Quintus. Sextus.
Septimus. Octauus.

Primus Tonus non transpositus sinit in d sol re. Cuius repercussio est de re ad la vt ostensum est p diapente, & dicitur primus tonus A utten rus, quia a nota finali potest ascēdere octauā & raro plus, & in eodem sono in c sol fa vt semper canitur fa, & in alamine mi vel fa secundum exigentiam ascensus, vt dictum est in regulis. Qui tonus habet clauis iníciales istas C D ff. g. rara clauis nisi quādo transponitur cantus ibi dem & tunc sol decantabitur in c sol fa vt, & fa in b fa h mi, & clauem acutam, hoc est alamine possidet, & secundum diuersitatē habet differ entias varias, quia quatuor Capitale Euouae, siue seculorum. Amen. Regit cantus incipientes in d graui per tertiam ascendentem, vel per se cundam descendentem ad C graue, vt in exemplo.

Capitales primi. Gloria tibi trinitas. Ecce crucem domini.
Idem capitale etiam regit Cantus in ff. graui per Dyatesseron ad C graue descendentes.

Sanctificauit. Christi virgo.
Exclamauerunt Etiam in ff. graui sursum ascendentes
Traditor autem. vt hic.
Quando transponitur primus ad g tunc tenorem suum incipit in d la sol re, vt hic.

Christi virgo. Circumdederunt. Modulatio eius.
PRIMA differentia primi toni regit Cantus surgētes in C graui ascē dentes leuiter ad alamine & vltra, vel ascendētes subito a C & D gra ui ad a acutam Clauem & vltra vt in exemplo.

PRIMA differentia. Ecce ego mitto vos. Gaudeamus omnes.
Leuiter ascendentes Rotate subito ascēdētes
SECUNDA differentia. Respicit cantus incipientes in D graui subis to ad alamine ascendentes per Diapente & ita intonātur.

SECUNDA differentia. Hī qui linguis loquebātur.
TERTIA differentia considerat cantum principium habentem in ff graui per tonum ad g graue ascendentem, & a g sol re vt ad alamine per secundam ascendentem, vel de ff. graui mox ad a la mi re per Dio tonum ascendentem, & ibidem notas duplicantes vt hic.

Tertia differentia. Nisi tu domine, Domine quinque talenta.

QVARTA differentia regit can-
 tus initia habentes in a la mi re, de-
 orsum descendente nonnunquam etiam
 in ff. graui eadem differentia respi-
 cit surgentes sed differt a tertia dif-
 ferentia vt hic.

Inclinauit dñs aur suam

Quarta Exi cito in plateas. Salue. Apertis thesauris suis
 dñia. Diffusa est gratia.

PSALMOS omniū Tonorum quibus in diuinis vtitur laudibus, duplices inuenimus minores & maiores. Minores omnes psalmi dicuntur, preter duo cantica scilicet diuę virginis Marię quod dicit Magnificat, & Zacharię quod dicitur Benedictus. Psalmi minores primi toni incipiunt in a la mi re & finiunt secundum finale toni. Maiores vero in ff graui & finiunt etiam secundum finale differentiarum suarum.

Intonatio psalmorum Minoruū cum Maioribus.

Laudate pueri dominum laudate nomen domini.

Magnificat anima mea dominum.
Benedictus dominus deus israel, &c.

Ambitus primi toni cum solmisandi modo eiusdem.

De secundo tono.

SECVNDVS Tonus placalis est & finitur cum suo Autento in d sol re, & a nota finali ascendere potest sextam vel septimam ex licentia, & descendit quartam vel quintam. Cuius repercussio est de re ad fa per Semiditonium de re quod est in d sol re, ad fa quod est in ff fa vt, & est eadem solmisatio vt in primo nisi vt habeatur aduertentia ad E la mi, & d sol re, propter descensum, vt accipiatur superior vox Et habet clauus iniciales septem F Gręcum A, C, D, E, F, G. graues & acutam & nullam habet differentiam, & intonatur sic eius seculorum. Amen.

psalmi Minores incipiunt in ff. graui
 Maiores vero in C graui sic.

Euouae secundi.

Dixit dominus domino meo sede a dexttis meis.
Nunc dimittis seruum tuum domine.


Magnificat anima mea dominum.
Benedictus dominus deus Israel.

Exempla Iniciatiua in F Gręco.


Educ decar cere. In A exemplum. Salue.
Exemplum est feriã ij, post Iudica. Ecce aduenit.
C ij



In C. Ait petrus. Sicut liliū inter spinas.
Exemplum vbi in D graui regit cantus vt hic.




O rex glorioſe. Hic mundum ſpetnes.




Ecce Maria In ff. graui. Audi iſrael.
In E & A regit etiā cantus, ſed tunc reſponūtur ad a la mi re vt hic



Cibauit eos. Fuerunt. In A acūta. Da pacem domine.
Non nunq̄ etiā poſſiderit G graue pro ſuo inſiſto & tunc cantus tranſpoſitus erit vt hic.



Colle ge runt Vel hoc exemplū, Da pacem domine
Ambitus ſecundi toni cum ſolmiſandi modo.



De tertio & quarto tono:

TERTIVS ET QVARTVS Tonus finiunt in E la mi, & in am, bobus in c ſol fa vt, ſa canitur, & in b fa ti mi, mi canitur, & in a la mi re, la deſcendendo, & in quarto canitur la in E la mi, propter eius deſceſum, & differt tertius a quarto, quia tertius habet ſuam repercuſſionē per quintam de mi ad mi, vel per ſextā de mi ad fa. Quartus vero habet ſuam repercuſſionem de mi ad la per quartam. Pſalmi autem minores tertij toni incipiunt in c ſol fa vt. Maiores vero in g graui. Quartus vero Minores pſalmi incipiūt in A la mi re. Maiores autē in E graui. Et finiuntur ſecundum ipſorum finalia.

Principia tertij Toni magis vſitate ſunt hec. D rara clavis, E ff. g. Graues communes &c. acuta capitalis tonus regit Cantus in hiſ clauibus hoc modo.



Capitalis, in D raro. Surge virgo. In E graui. Calicem.

Tertij Toni differentia ſunt quatuor.

Prima differentia reſpicit cantus incipium habentes in ff graui deorſum tendentes, & ſic intonantur.



Prima differentia. Quando natus.

Secunda differentia conſiderat cantus coſurgentes in g graui aſcēdentes per tonum ad A la mi re, & ab a la mi re ad c acutā aſcendentes hoc pacto.



Secundi dña. Surge. Salua nos chriſte ſaluator
Tertia differentia Regit cantus incipfētes in eadem clauē puta g graui ad a la mi re aſcendentes, & ibidem duplicantes notas vt hic.



Tertia differentia. Omnia quecunq;
QUARTA differentia Respicit cantus principium suum habentes in duabus clauibus videlicet in g graui, & c acuta in g, per diatesson ad c acutum ascendentes. Regitur etiam cantus in c sol fa vt sic.




Quarta differentia. Orietur. Simeon iustus. In c, acuta. Vixit ego.

Intonatio psal morum Minorum & Maiorum.





Laudate pueri dominum laudate nomen domini.
 Nunc dimittis seru in tuum domine.



Magnificat anima mea dominum.
 Benedictus dominus deus israel.

Ambitus Tertij Toni cum solmifatione.



De quarto Tono cum differentijs.

QUARTVS tonus habet ista principia magis vsitata scz. C.D.E.F.
 G. graue, & a acutu. Capitale seculoru Amē. Considerant etiam principia
 p̄u suū inchoātes in d, c, in ff grauibus, & a acuto, sed diuersimodo sic



Capitales. Reminiscere. Resurrexi In E graui.




O florens tosa. In ff, iste homo. In G Magna.




est gloria In A Benedicite deum.

Prima differentia regit cantus incipientes in D graui sic.



Prima d̄ra. Sancte Nicolae. Leuita Laurentius.

Secunda d̄ra Respicit Cantus incipientes in D graui ascendentes
 Gradatim vsq; ad G graue sic.



Secunda differentia. Media vita. Ambulabant.

Tertia d̄ra. Considerat initium Cantus surgentium in D. graui.
 Ascendentes subito ad a lamire hoc pacto.



Tertia differentia. Benedicte tu.
 Sicut mirra electa.

Tamen vt communiter hec differentia transportur cum suis
 Antiphonis ad Alamine, & tūc in solmifatione sua habebit sol in c sol
 fa vt, & fa in b fa h̄ mi sic.




Tercia differentia transposita cum cantu suo. Ante thorū huius Paradisi porte,

Quarta dīa. Considerat cāntus capientes sua inīcia in e graui ascēdētes per Semiditonū ad g sol te vt. Aliqñ vero in c sol fa vt, sed raro & tunc cantus transponetur ad a la mī re hoc modo.




Quarta dīa Fidelis. Omors mea ero mors. Factus sum. Intonatio Psalorum Maiorum & minorum.



Laudate pueri dominum laudate nomen domini. Nunc dimittis seruum tuum domine,




Magnificat anima mea dominum. Benedictus dominus deus israel. Ambitus Quarti Tonici cum solmifatione.



De Quinto & sexto Tono


Quintus & Sextus Tonus finitur in ff. fa vt. Repercussio autē Quintus est de vt ad sol, hoc est de ff. graui ad c acuti. Sexti vero de fa ad la p. tercia maiorē scilicet de ff. fa vt ad a la mī re. In qbus tonis in c sol fa fa vt semp sol canit, & in b fa h mi b rotundū signari debet, & in qnto tono semp habeat aduertētia ad la in d la sol re, & ad mī in a la mire. In sexto vo ad la in a la mire, ppter descēsum Psalmi Maioris tā quinti q̄ sexti in ff. incipiunt. Minores vero quinti Toni in c sol fa vt. Sexti vo in a acutum. Ratio quare in b fa h mi, signat b rotundū in Sexto & quinto tono ppter quartā indirectā de ff. fa vt ab b fa h mi, & ecōtra. Nā si in b fa h mi, mī decantare falsa committeret quarta vt dictū est in capitulo de modis. Quinti Toni inīcia magis communia sunt hęc scilicet ff. g. graues a & c acute, & habēt vnā differentia. Capitale eius regit cāntus surgentes in ff. graui ad a acuti ascendētes, etiam in g graui, quōuis raro in a & in c acutis. Exempla.



Capitalis. Illu minare In G. graui. Letate.



Miserere In A. Vincenti. Fons ortorū. Ecce deus. Differentia eius vnica erit. Cantus incipientes in ff. graui ascendentes subito in c sol fa vt, & ultra hoc pacto.





Differentia qnti vnica. Bene omnia fecit. Ecce concipies. Intonatio Psalorum maiorum & minorum.



Dixit dominus domino meo, sede a dexttis meis. Nunc dimittis seruum tuum domine,



Magnificat anima mea dominum.
Benedictus dominus deus israel.
Ambitus Quinti Toni cum modo solmifandi.




De Sexto Tono


Sextus Tonus habet istas Claves iniciantes cantu suum videlicet C.
D. ff. graues, & a acuta, g, interdum possidet cum transponit cantus ad c sol
fa vt. E andem clauem c acutam habet transpositam, & ibidem cantus
terminatur suus vt sic.



In E graui, Capitalis. Qui manducat carnem meam. In D. In



Medio ecclesie. Inf. O admirabile, Resurrexit dominus




alleluia, in a acuta. Vidi dnm. In G. graui. Beatus. Ni



colaus. In e acuta. Ave dei. Flauit auster. Hic Tonus habet vnicam
differentiam, que respicit cantus surgentes in ff. graui tali modo.



Differentia eius. Benedictus. Benedixit filijs,
Insonatio psalmodum eius.



Laudate pueri dominum, laudate nomen domini,
Nunc dimittis seruum tuum domine.



Magnificat anima mea dominum.
Benedictus dominus deus israel.
Ambitus Sexti Toni cum solmifatione.



De Septimo Tono

Septimus Tonus finit in g sol re vt, & habet sua repercussione de vt ad
sol per quinta, & ascendit de g sol re vt ad sol p. octaua. In quo maior
D iij

hanc differentia est in d la sol re vt superior vox pro descensu accipiat scilicet
 cet sol. Hic Tonus habet principia clauium cōia ista scilicet g. graue a
 c d acutas, & habet quatuor differentias. Capitalis regit cantus incipiē
 entes in g graui. Nonnūquā per tonū ascendentes. Interdū per Dito
 num surgentes Aliquando vero per Diatesseron ascendentes ad c acu
 tum. Respicit etiā cantus incipientes in a acuto, vt in exemplo.

Capitalis. In g graui sic p. Tonū. In virtute tua.

Apparuerūt. per Ditonū. Viri galilei. per Diatesseron.

Confortatus est. Hic est vere mārtyr. In a acuto.

Electi sunt in christo.

Differentia prima. Factus est. Gabriol.

Differentia secūda. Respicit cantus surgētes in h duro sic.

Secūda differentia. Mirificauit. Redemptioē.

Differentia tertia. Considerate cantus incipientes in c. acuto. notas
 ibidem duplicantes, vt hic.

Tertia differentia. Dixit dominus. Omnis spiritus.

Quarta differentia. Respicit cantus surgentes in d la sol re. Aliquā
 per Tonum descendentes. Non nūq̄ vero per Semiditonū, hoc pacto.

Quarta dīa. Sit nomen. Ingressa agnes. Tu es petrus.

Intonatio psalmorū Maiorum & Minorum, quos incipit i d acuta sic.

Laudate pueri dominū laudate nomen domini.
 Nunc dimittis seruam tuū domine.

Magnificat anima mea dominū.
 benedictus dominus deus israel.
 Ambitus Septimi Toni cū sc̄mifatiōe.

Magnificat anima mea dominū.
 benedictus dominus deus israel.
 Ambitus Septimi Toni cū sc̄mifatiōe.


Magnificat anima mea dominū.
 benedictus dominus deus israel.
 Ambitus Septimi Toni cū sc̄mifatiōe.

De octavo Tono.


OCTAVVS Tonus finit in g sol re vt, cū suo autēto septimo, & habet suā repercussionem de vt ad fa p diatesseron, hoc est de g sol re vt, ad c sol fa vt, & hoc potest descendere sub notā finale quartā. Aliquā quintā ex licentia. In quo aduertentia est in a la mi re, & b fa hmi quia p descensu accipit la in a acuto, & in h duro mi, & habet septē principia clauis p inceptione sui cantus scilicet c. d. ff. g. graues. a h & cacutas, & quatuor differentias, & vnā irregularē quē a quibusdā Tonus peregrinus dicit, quē differentia melodiā octauī Toni habet & finē Ideo autē dicit irregularis, quia finis differentię dicit super melodiā regulatā descendit. Sed tamē iste finis est positus facilitatis causa, sicut & alię differentię aliorum tonorum, vt hic.



Capitalis in C. graui. Stabūt iusti. Sapientia clamitat.




Spiritus domini.
In d. graui.



Benedicta. Gaude & letate. Iudea. Exemplum ij.




Veni sponsa. In a. acuto. Hymnum cantate. Inuocauit.




In loco pascue. In h duro. Laudabilis populus.
Prima differentia regit cantus incipientes in ff. graui sursum ascēdentes, vt hic.



Prima dīa. Hora est iam. Et dicebant adinuicem.



Secunda dīa. Deo nostro. Lumen ad reuelationem.




Tertia differentia. Respicit cantus incipientes in eadem clauē acuta & hoc est, in c sol fa vt, notas ibidem duplicantes sic.




Tertia differentia. Factas est repente.



Quarta peregrina dicitur quē regit cantus incipientes in C. graui sic.




Peregrinus. Alle dei.



Tali tenore sonus cantabitur peregrinus.
In exitu israel de egipto.
Intonatio psalmorum eius.



Laudate te pueri dominum laudate nomen domini.
Nunc dimittis seruum tuum domine.



Magnificat anima mea dominum.
Benedictus dominus deus israel.

Ambitus Octavi Toni cum solmifatione.





De Transpositione Tonorum.


Omnes Toni transponuntur, præter septimum & octauum, & hoc propter nimium ascensum possent tamen transponi, ad aliquam clauē inferiorem præter d la sol re. Est enim transponere cantum a loco proprio remouere. Toni autem debent transponi in clauibus ubi possent habere suas repercussiones. Tonus enim primus cum secundo transponitur a d sol re ad a la mi re per quintam, vel a d sol re ad g sol re vt, licet raro. Tamē communiter fit in cantu Mensurali talis transpositio. Tertius & quartus ab e la mi ad b fa h mi. Quintus & Sextus ab ff fa vt, ad c sol fa vt, & si transponitur cantus ad d la sol re erit secundi toni. Quia talis a d sol re per octauam ad d la sol re transponitur. Notandum est q̄ tam Autentici quam Placales Toni dum transponuntur seruant easdem repercussiones quas in clauibus non transpositis habebant. Aduertendum est etiam q̄ omnis autentus q̄ placalis tonus transpositus potest descendere sub notam finalem per quartam vel quintam, & potest descendere a nota finali quintam vel sextam. Sed tonus placalis transpositus e contra ascendit a nota finali, per quartam vel quintam, & descendit sub nota finali quintam vel sextam, vt in exemplo.



Primus tonus sic transponitur.



Secundus tonus sic transponitur.



Nota in omnibus tonis transpositis in b fa h mi mi canitur, in c sol fa vt fa si in prædictis clauibus finiuntur scilicet in a la mi re b fa h mi, c sol fa vt, excepto quarto qui interdū ad a la mi re transponit per quartam de e la mi in quo fa canitur in ba fa h mi, & sol in c sol fa vt, sicut dictum est in differentia tertia quarti toni. Omnium itaq̄ tonorum transpositorum eadem est intonatio tā psalmodiarum minorum q̄ maiorum quæ est in clauibus non transpositis.

Sequitur de schala ficta.

MUSICA ficta quæ a pluribus schala ficta siue coniunctarum dicitur. Coniuncta enim est toni inferiorem vel e contra facta transpositio. Vel est vox externa & aliena a clauē quæ in aliqua clauē canitur in qua ipsa naturaliter non ponitur, vt canēdo in e la mi fa & in ff fa vt mi, &c. hinc musica ficta dicitur cum voces fictas moduletur, & fit coniuncta principaliter solum respectu vocum mi & fa quas fingere oportet in locis aliter quam manus vel schala musica continet, & fingendo istas voces necessitate cogente mi & fa cum sint mediæ. Omnes aliæ sunt fingende voces. Signatur autem coniuncta per signa b rotundū & h quadratum quæ semper locis suis repugnantibus accomodantur. Vbi notandum q̄ coniuncte octies in manu euenire solent. Prima inter ff & h graues reperitur in h mi per b molle signata cum ibi loco mi canitur fa. Exempla sunt in responsorijs. Sancta & immaculata, &c. In verbo non poterant. Item in responsorio Fuerunt sine querela, in verbo Calicē dñi. Ista responsoria, si in inferioribus clauibus incipiūt, habebūt coniunctā. Sancta & immaculata, si in d sol re, & fuerūt in A graui. Si vero prædicta responsoria transponant a propria sede ad clauē affinales, tunc euitabit in

eis coniuncta. Secunda coniuncta inter d & e graues reperit & figurat in E la mi per b molle, vt in introitu Salue sancta parens, in verbo regit similiter, Gaude Maria, in verbo interemisti. Si in e la mi incipiat. Si vero introitus incepta sua habuerit in E graui, & Gaude Maria in a acuto tunc euitabitur coniuncta. Tertia fit inter g & ff. graues & signatur in ff graui per h quadrum eo qd ibi pro fa cantabitur mi vt. In communiōe beatus seruus. In loco inuenerit vigilante, & que est ista in dictione per desertum, euitantur coniuncte tales si inchoatur talis cantus in a la mi re. Quarta accipitur inter g sol re vt & a la mi re & signatur in a la mi re per b molle vt patet in introitu Letare. Si incipit in ff graui. Si vero incipit in g graui tunc euitatur talis coniuncta.

Sequitur Schala ficta.

	la	la		
	sol	sol		
	fa	fa	b	
	mi	mi		
	la	re	la	re
	sol	sol		
	mi	la	mi	
	sol	re	sol	
	fa	fa		
	mi	mi		
	la	re	la	re
	sol	sol		
	fa	fa		
	mi	mi		
	la	re	la	re
	sol	sol		
fa	fa			
mi	mi			
re	re			
vt	vt			

Quinta oritur inter c sol fa vt & d la sol re & signatur in e acuta per h quadrum. Sexta locū habet inter d la sol re & e la mi secundo & signatur per b molle in e la mi. Septima oritur inter g sol re vt & ff fa vt per h quadrū. Octaua contingit inter g sol re vt & a la mi re & notat in a excellēti per b molle. vide exēpla in cātu Gregoriano. REGVLA signato fa in h mi et si contingit salū fieri ad quartā ad e la mi secundu tunc etiā in e acuto debet signari fa ppter euitare tritonū prohibitū. Item si sit descēsus de b fa h mi ad e la mi finale, ita qd in h mi fa canitur, tūc in e la mi debet similiter decantari fa ppter euitare modos inuistatos videlicet semidia-

pentū. Item de octauis suis idē est intelligendū ppter euitare diapason. Notabile melius ac suauius est cauere per tollerabiles coniunctas q̄ intollerabiles que cantum viciant. Nam musica ficta fingit in quacūq̄ etate quamcūq̄ vocem consonantię causa, vt in exēplo.

Cap. Quintū & vltimū de Introitibus & Responsorijs
 CVI tono adiudicari debeant autentico ne, an placati ex suis versibus. Notandum qd Introitus tonorū omniū vario modo habent incia sua secundum diuersitatē clauis ipsi concessam. Vnde Introitus primi toni finiunt in d sol re cū secundo, cuius versus incipit in ff graui hoc pacto.

Prima etate plasmati sunt Adam & Eua & positi sunt in sede beata. Quando vero transponitur ad a la mi re per quintā Introitus primi toni tunc suum versus incipit in c sol fa vt. De secundi toni Introitibus. Introitus secūdi toni finit in d graui, quorū versus incipit in c graui sic.


Secunda etate narrauit Archa diluuiopassim fluente. Sentiant omnes tuum iuuamen. Quando vero transponitur ad a la mi re, tūc suum uersum incipit in g sol re vt, & sic intelligendū est de omnibus Introitibus quādo transponuntur tunc in alijs clauibus quā regularibus incipiunt.

De tertio Tono. Tertij toni Introitus finiunt in E la mi cum quatto, quorum versus incium habent in g graui tali modo.

Tentavit Abraham tertia etate dilectum Isaac mactare,
De profundis clamaui ad te domine.

¶ De quarto Tono.


¶ Introitus quarti toni finiuntur in E graui. Quorum versus incipiunt in a acuto hoc modo.



Quarta etate Moyses legissator tabulas accepit in monte sinai.
Domine probasti me & cognouisti me.

¶ De quinto Tono.


¶ Quinti toni introitus terminantur in ff finali cum Sexto. Quorum versus incipiunt ibidem sic.



Quinta etate preualuit David in funda cum lapide giragoliam.
Diligam te domine. virtus mea.

¶ De sexto Tono.


¶ Sexti toni introitus finem habent in ff, fa vt. Quorū versus incipiunt in eodem ff, graui sic.



Saluator noster dominus deus etate sexta natus est in mundum.
Bonum est confiteri domino.

¶ De septimo Tono.


¶ Septimi toni introitus finiuntur in g sol re vt. Quorū versus exordium assumunt in c acuta hoc modo.



Septima etate resurgemus rationem meritorum reddituri.
Cantate domino canticum nouum.

¶ De octauo Tono.


¶ Introitus octaui toni finem habent in g graui. Quorum versus incipiunt ibidem tali modo.



Octaua etate que carebit siue perpetua fruemur pace.
Benedicamus patrem & filium.


¶ Sequitur de Responsorijs omnium Tonorum & primo de Responsorijs primi Toni.

OMNIA respōsoria primi toni finiunt in d graui, quando non transponuntur. Quorum versus incipiunt cōmuniter in a acuto. Interdū vero in d sol re per tertiam, licet raro. Nonnunq̄ etiam in d graui subito per diapente ascendentes ad a acutum. Exemplū primi vt hic cōmunis.



Ora pro populo interueni pro clero.
Exemplum secundi

Exemplum tertij.



Cerne re. &c. Cherubin quoq̄.
Illius respōsoriij. Solem iustitię. Illius respōsoriij. Te sanctum.
dominum de sancto Michaelē.

¶ De Responsorijs secundi Toni.

¶ Responsorija secundi toni terminantur in d graui quando non transponuntur. Quorum versus principium habent aliquando in C nonnunq̄ vero in d grauibz, sed quo ad gloria patri in C. graui habent incipium vt sic.




In C. Cumq; audisset populus. Exemplum vbi in d. Tradiderunt. Illius Responsorij. In grediente domino. Illius Responsorij fuerunt.

De Responsorij Tertij Toni.

¶ Responsoria tertij toni finiunt in E graui. Quorum versus communiter incipiunt in cacuta, nonnunq; vero ibidē vbi finē habēt. Exm̄ primi




Para dīsi porta per eam cunātis clausa est & per Mariam



Erat enim Pulchra sion. Surge virgo. Illius responsorij. Quadam die. Exemplum vbi in E

De Responsorij Quarti Toni.


Responsoria quarti toni finiunt in E la mi. Quorum versus principium assumunt in a acuta & hoc si non transponuntur, exemplum vt hic.



Simon Ioannis diligis me plus his.

De Responsorij Quinti Toni.

OMNIA responsoria quinti toni finem habent in ff. graui. Quorum versus communiter incipiunt in cacuta. Nonnunquā vero ibidē terminatur puta in ff. graui sic. Constantes estote.



Et ambulabunt gentes in lumine


In ff. graui sic. Illius responsorij Regnum mundi.

De Responsorij Sexti Toni.

¶ Responsoria sexti toni concludunt in ff. graui si non transponuntur. Quorū vsus incipiunt cōmuniter ibidē videlicet in ff. fa vt. Interdū in a acuto. Nonnunq; vō in ff. graui p̄ diapēte mox ascendētes ad c sol fa vt, licet raro. Exemplū primi.




Hoc erit si gnum federis. In A. Melle fluens



Conserua. In ff. per quintam, Benedic domine.

De Responsorij Septimi Toni.


¶ Omnia respōsoria septimi toni finiunt in g graui. Quorum versus incipiunt cōmuniter in d acuta tali pacto.



Male dicta terra in opere tuo.

De Responsorij Octauī Toni.

¶ Octauī toni responsoria concluduntur in g sol re vt, quorū versus incipiunt cōmuniter in cacuta, nonnunq; vero in a la mi re tali modo.




Et qui p̄sibat increpabat eum, in a acuto. In principio erat verbū.

De compositione & dimensione Monocordi.

MONOCORDVM vnus chorde instrumētū tali industria rite cōficitur. Recipelignū duarū vlnarū vel placite longitudinis duorū digitorum latitudinē & totidem spissitudinem habēs atq; id ipsum caua per

medium extremitatibus omnibus manētibz illeſis, & cooperiat aſſere tenui leuigato ac fenestrato ad modū lutine, per cuius mediū linea vna ocula trahat & in illius principio punctus vnus litera F ſignetur, erit em̄ prima inſtrumentū magada poſt totā lineā a puncto F vt pone. In ſecūdo nihil, in tertio C fa vt, in quarto nihil, in qnto G ſol re vt. In ſexto c ſol fa vt. In ſeptimo g ſol re vt minutā. In oſtauo nihil. Vltimo autē cifram que tenebit locū ſecunde magadę, hoc facto ſpatii quod a F vt vſq; ad ſecundā magadā eſt, iterū in partes nouē diſtingue, in quarum prima A graue pone. In tertia D ſol re. In quinta A la mi re. In ſexta d la ſol re. In ſeptima A la mi re. Deinde ab are in ſecundam magadā iterū fac pres nouē, & in prima pone h graue. In tertia Elami. In quinta h mi in minutis. In ſexta Elami acutā. In ſeptima h mi in geminatis. Quo facto ſpatium hoc totū a prima magada in ſecundam per partes quatuor diſtingue, & in prima pone b fa, in grauibz. In ſecunda F. fa vt finalē. In tertia f. fa vt acutam. Deinde incipe in b. fa graui, & totam lineā tonū verſus in quatuor partes partire, & in prima pone b. Semitonii inter D & E, capitales. In ſecūda b fa in minutis. In tertia bb fa in excellētibz. Hoc facto incipe in Semitono quod inter D & E eſt, & totā lineā in quatuor partes equas ſcinde. Et in prima ſignabis b Semitonium inter G capitalem & a minutā. In ſecūda b Semitonii inter d & e acutas. In tertia b fa inter dd & ee excellentes. Et ſi tertiā in duas equas vltierus diſiſeris habebis ſemitonii inter g acutā & aa excellens. Poſtea fige pedem circini in c ſol fa vt & ſpatii verſus ſecundā magadā in duas partes diſtingue in cuius medio c ſol fa ponito. Similiter a de la ſol re ſpatii verſus cornum in duo equalia partire, & in medio loca dd la ſol. Poſtremo ab e acuta verſus ſecundam magadā ſpatii diuide & in medio habebis ee la Cū vera Monocordi dimenſione. Hiſſic actis in extremis Magadarum punctis, pone parua ipſius chorde ſuſtentacula, ne corde ſonus lignori cōtactu obtūdat. Quibus paratis affigatur atq; ſuperducatur vna chorda gnea ſatis fortis groſſa atq; bene extenſa vt ſonum audibilem reddat & habebis Monocordum perfectum. Cuius forma hec erit.

Prima magada Monocordū. Secūda magada.




DE MUSICA FIGURATA LIBER POSTERIOR.


Martino Cromero Authore.

QVæ superiori libro diximus nō ſolū illa quidē ad planam muſicā ſpectāt, verum etiam ad figuratam, hæc enim illius admiculis, ceu tibicinibus, ſuſtentatur. Quare cantum figuratum modulatur, in recenti memoria habenda ſunt, quæ diximus, omnia. Præterea autem & alia conſideranda, nempe figuræ valoresq; notarum & pauſarum. Huc adde gradus, puncta, tactus, & proportiones, quibus figurata muſica conſtat. De his ergo iam ſuo ordine inſtituatur oratio.

De figuris notarum. Cap. I.



Notarum, quibus in cantu figurato vtuntur ſpecies octo ſunt.


 Maxima tetragona eſt figura, latior quam longior, caudam dextra parte ſurſum deorſumue protentam habens, nonnuq; & ſine cauda.


 Longa quadrata eſt ſimili cauda inſignita.

Breuis eſt quadrata ſine cauda.

Semibreuis obefa ſeu orbicularis.

 Minima eſt ſi ſemibreui caudā addas.  Semiminima erit minimæ medium ſpatium ſi tinxeris, vel ſi ei

 uncum dextra parte adieceris.
F ufa erit si semiminimæ vncum ap-
pendas.


 Semifusa, fusæ præterea addito un-
co, aut minimæ caudæ ternario nu-
mero dextra parte implexo, constituitur.


De Connexionibus notarum.


Caput. II.

Connectuntur interdū duæ, atq; etiã plu-
res notæ inter se. Suntq; triplices cõnexio-
nes, scilicet quadratæ, obliquæ & mixtæ.
Connectuntur autē solum maxima, longa,
breuis & semibreuis. Sed maximæ & lon-
gæ nihil neq; adijcit, neq; adimit cõnexio.
Reliquas vero duas auget interdum, inter-
dum minuit. Quod quomodo fiat paucis
demonstrabimus.

De Quadratis.

 Si quadratæ sine caudis cõnectan-
tur, breues sunt, exceptis prima &
ultima, si hæc præcedenti notæ, illi
succeedēs inferne adiungantur. Tum
enim eæ longæ sunt.

 Quod si prima in hac connexionē
sinistra parte pendulam caudam
habeat, breuis erit.

 Sin erectam, seu sursum vergat, seu
deorsum, primæ duæ semibreues
sunt, reliquæ vero breues, vltima ta-
men longa est si dependeat.

De Obliquis.

Obliquæ si sine caudis connectan-
tur, prima lōga est, reliquæ breues.
Si caudam pendulam à sinistra par-
te habeant, siue ascendāt, siue descē-
dant breues sunt.

Sin prominulam, semibreues sunt.

De Mixtis.


Miscentur nonnunquam obliquæ
cum quadratis, vbi vel præcedunt
quadratæ, & obliquæ sequuntur, vel
hæc præeunt, illis subsequentibus. Si
ergo obliquæ quadratis cauda ca-
rentibus annectantur, si superne
omnes breues erunt.






Si vero inferne, prima longa, reli-
quæ vero breues erunt.

Quod si caudam habeant, scilicet
pendulam, breues erunt omnes.



Sin sursum prominulam caudā ha-
beant, siue superne, siue inferne ad-
hæreant, duæ primæ semibreues, re-
liquæ breues censentur.

Si vero quadratæ obliquis subiun-
gantur, vim suam retinent vtræq;
præter vltimā quæ longa est, si de-
pēdeat. Exemplū. suprema.








Media.





Gravis.





De Pausis. Cap. III.


Pausarum species septem sunt.


Modalis, quæ per tria spacia perti- 
nens, tres breues notas valet. Et so-
lū in perfectis modis vsurpatur.


Longa, quæ duo occupans spacia, 
totidem breuium vim habet.


Breuis, quæ p vnū spaciū pertines 
breui notæ potestate respondet.

Semibreuis, quæ ex linea ad mediū 
spaciū dependens, cognomini notæ
potestate par est.

Suspirium, est quod à linea ad me- 
diū spaciū ascendens, minimæ no-
tæ rationem habet.

Semisuspiriū, est vncus proni ligo 
nis instar, semiminimā valens.

Fusa erit, si alterū addas vncum, 
respōdebitq; cognomini notæ.

Est præterea quā generalem vocant 

per omnia pertinēs spacia, sed nullū certū
valorē habet. Solet autē ante finalē notā si-
tuari. De Gradibus. Cap. III.

Gradus musices tres numerantur, modus,
tempus, & prolatio.

Est autē modus duplex, maior, qui longas
rū ad maximas habitudinem demonstrat,
Et minor, qui breuiū ad longas. Sunt autē
duplices gradus omnes, perfecti & imper-
fecti. Perfectū autem vocant musici, quic-
quid ternario numero absoluitur.

Maior igitur perfectus modus est, vbi
maxima tribus longis absoluitur.

Eius signum est orbis ternario nu-
mero ad dextram adhærente, cantui
præpositus. Aut maxima in curriculo
modulationis tincta, Alioqui autē
imperfectus est.

Minor perfectus, quādo longa tres
breues cōplectitur. Eum repræsen-
tat orbis binario numero adiuncto
cantui præfixus, aut modalis pausa
in medio cantu, aut longa colorata.
Imperfectus, si nihil horū inueniatur.

Tempus est, quod breuium ad semibreues
rationē continet. Perfectum
quidē est, cū breuis tres semibreues
in se cōtinet, Signatur solo orbe, vel
semiorbi ternario numero ad dexterā ac-
cedentē, aut cū in cantus ambitu tres bre-

ues tinguntur, aut breui pausa subiunctis
duabus semibreuibus. Imperfecti
vero signū est semiorbis, vel solus,
vel adhærente binario numero.


Prolatio, est quæ semibreues mini-
mis metitur. Perfecta quidē est, vbi
breues tres minimas in se habet.


Eius signū est punctū in orbis seu
semiorbis medio constitutum, vel
duo suspiria coniuncta in cantu semibre-
uem pausam, vel notā, aut suspiriū sequen-
tia, vel tres semibreues coloratæ. Imperfec-
ta vero est, vbi punctum abest.

Exemplum.





Acuta.







Media.



Grauis.





Est vbi omnes gradus perfecti cōiuncti inueniuntur. Id quod denotat orbis alter alteri, atq; vtriq; punctū inclusum, vel ternarius numerus orbi puncto insignito adiectus. Illud non prætereundū hic est, in gradibus perfectis notis ijs, quæ ternionem in se continere solent, interdum tertiam auferri partem, videlicet si inferior nota aut pausa (nisi duæ coniunctæ fuerint) eis successerit, aut si tinctæ fuerint. Atq; tū im-

perfecte dicuntur. Est vbi & præcedens inferior nota sequentē imperfectam reddit, cuius rei iudiciū solet esse diuisium punctum. Notatu dignum est illud, geminari interdum valorē notæ eius, quam ter alia complectitur, superiore nota, vel pausa, vel duabus paribus pausis simul succedentibus, idq; vt ternionē expleat.

Exemplum vtriusq;



Suprema.



Media.



Grauis.




G ij



De punctis. Cap. V.

Punctum triplex musici admiscere. Adiectiuū, quod dimidium eius notæ, cui adhaeret adijcit. Perfectiuum, quod notæ perfectionem accipienti tertiam partem addit qua perficiatur. Disiunctiuū, quod disiungit gradus. Duo ista posteriora solum ternionē in se complectētibz notis in gradibus perfectis adhaerescunt. Diuisiuū tamen & minimis adiungitur in prolatione perfecta. Adiectiuū vero omnibus ubiqz, præterq̄ vbi illa locum habet. Et diuisiuum quidem paulo sursum deorsumue notarū situm excedit. Reliqua vero duo notis adhaerent. Tum illud fere pari vel superiore, hæc vero solum inferiore nota vel pausa succedente.



De præscripto. Cap. VI.

Quum pauci sint adeo absoluti musici, vt nonunq̄ inter canendum exorbitent, atqz alius quidem concitatus, alius vero lentius canat. Solet præscriptum, quē tacitum vocant, manu dari. Sed nō semper eandem notæ ad præscriptum canuntur. In gradibus quidem perfectis plærumqz

etis, iterandum esse modulationem significat.

Duo puncta cum cauda supra vel infra notas, conuentionem vocum indicant. Punctum insertum semicirculo, morā in ea nota fieri iubet, quā complectitur. B senarij numeri instar fa. Quadratum vero, vel cancelli implexi mi canendū esse oñdūt. Ac si quidē initio clauī signatæ adijungatur, per totam modulationē id fieri oportet. Sin minus, in proxima, aut certe vna atqz altera nota id obseruandum erit.

Sub qua nota signum est, ni græce literæ simile eam non tinctam esse oportere innuit.


Per caudā notæ alicuius linea pertransiens, sine cauda eā esse debere demonstrat. Idem est si vtraqz caudam habeat nota aliqua. Id quod fieri solet si per imprudētiam scriptoris peccatum fuerit.

Exhortatio.

ILLud admonitos velim huius artis studiosos, vt nō cōtenti, legisse audiuisseue præcepta, sedulā adhibeant exercitationē. Propterea quod vt nullum artē literis sine interprete, & sine aliqua exercitatioe p̄cipi

posse, testis est M. Tullius, Ita hoc in
hac maxime arte vsu venit, in qua ex
ercitatio sine præceptis magis cōfert,
quam præcepta sine exercitatione.
Hinc est quod sapenumo melius
& absolutius canūt, qui quatulacūq;
huius artis cognitionem sola exerci
tatione sibi peperunt, quam absoluti
musici solis præceptis, nō etiā
exercitiōe adhibita. Vfus
enim artium magi
ster est. Finis.

Impressum Cracouiæ per Hierony
mum Vietorem. Anno domini.
M.D.XXXIX.



Quaker

h. n.

h. n.

h

OPRAWĘ WYKONANO
w prac. introl-konserwat.

Biblioteki „Ossolineum”

Data 7.5.73 podpis Magiera

Hoc agnes in

colligitur

colligitur

colligitur

FELSZYŃSKI

OPUSCULUM